

RUDOLF VON SCHLETTSTADT, ***Historiae memorabiles.*** Ed. E. KLEINSCHMIDT (Archiv für Kulturgeschichte, Beiheft 10), Köln 1974, p. 97 (in: Peter STOTZ (Hsg.), *Turicensia Latina*, Zürich 2003, p. 88)

Rudolf von Schlettstadt lebte als Dominikanermönch um 1300 in Schlettstadt (Sélestat) im Elsass. Über sein Leben ist wenig bekannt. Berühmt wurden lediglich seine *Historiae memorabiles*, eine Sammlung von Geschichten, aus denen unser Textabschnitt stammt.

De domina, quam diabolus incendit

Nobilis domina Constantiensis episcopatus in Turrego civitate erat et cum sua familia morabatur. Haec adulterum habuit, quem tenere diligebat. Domina haec et amasius eius ut ad unum locum sibi congruentem convenirent, pariter condixerunt. Domina et ancilla sua conscientia facti ad locum praefixum amasium exspectantes venerunt. Ipsi autem sic dominum et amasium, quia et ipse nobilis erat, exspectantibus diabolus in specie sua venit et ad eam propius accedebat. Domina autem eum cum indignatione increpabat improperansque, quod tam longum spatium temporis eum exspectasset. Diabolus autem ei occurrens amicabiliter eam amplexans et lenis verbis se excusans iram eius mitigare intendit. Intolerabilis autem dolor cum timore et horrore in amplexu eam penetravit. Ideo corpus suum cum signo crucis munivit, de quo diabolus statim evanuit retro se maximum foetorem relinquens. Corpus autem mulieris, ubicumque corpus daemonis tetigit, igne inextinguibili succedit et illa incensio usque ad mortem eius, hoc est usque ad diei vesperam, perduravit. Hoc frater Bruno de Turrego ordinis Praedicatorum, qui tunc temporis in Turicensi civitate fuit, pro re vera dixit, qui fuit in vivis regnante rege Rudolpho.

episcopatus,-ūs m.	<i>Bistum</i>
Turregum, -i n.	= Turicum
improperare	<i>Vorwürfe machen</i>
foetor, -oris m.	<i>Gestank</i>
succendit	= inflammatum est
vespera, -ae f.	= vesper,-i m.
ordo Praedicatorum	<i>Dominikanerorden</i>
Rudolphus	<i>Rudolf I. von Habsburg (1218-1291)</i>

Fragen zum Text

1. Wie ist der Titel *Historiae memorabiles* genau zu verstehen?
2. Gliedern Sie den Text! Bezeichnen Sie die einzelnen Teile Ihrer Gliederung mit einem erläuternden Begriff (z.B. "Einleitung", "Lösung", "Schluss")!
3. Rudolf von Schlettstadt verstand seine *Historiae memorabiles* durchaus nicht als Fiktion, sondern als Tatsachenberichte. Woran zeigt sich das im vorliegenden Text?
4. Welchen Zweck verfolgte der Autor Rudolf von Schlettstadt mit seinen Geschichten?
5. Das mittelalterliche Latein Rudolfs von Schlettstadt weicht gelegentlich von den grammatischen Regeln des klassischen Lateins ab. Besonders markant trifft dies auf den Ausdruck *in specie sua* in Zeile 7 zu. Erklären Sie, was an diesem Ausdruck gemäss Schulbuchgrammatik falsch ist, und sagen sie, wie er "richtig" lauten müsste!